

# Saint François de Caracciolo, *confesseur*

Mercredi 4 juin 2025

3ème classe

## INTROÏT *Psaume 21, 15 ; 68, 10*

**F**actum est cor meum tamquam cera  
liquescens in medio ventris mei :  
quoniam zelus domus tuæ comedit me.  
Alleluia, alleluia. **Ps. 72** Quam bonus Israël  
Deus : his, qui recto sunt corde ! **℣.** Glória  
Patri.

**M**on cœur est devenu comme de la cire  
: il se fond dans mes entrailles, parce  
que le zèle de votre maison m'a dévoré.  
Alléluia, alléluia. **Ps. 72** Que Dieu est bon  
pour Israël, pour ceux qui ont le cœur droit  
! **℣.** Gloire...

## COLLECTE

**D**eus, qui beátum Francíscum, novi  
órdinis institutórem, orándi stúdio et  
poenitentiæ amóre decorásti : da fámulis  
tuis in eius imitatióne ita profícere ; ut,  
semper orántes et corpus in servitútem  
redigéntes, ad cæléstem glóriam perveníre  
mereántur. Per Dóminum.

**Ô** Dieu, qui avez orné le bienheureux  
François, fondateur d'un nouvel Ordre,  
du zèle pour la prière et de l'amour de la  
pénitence ; accordez à vos serviteurs de  
progresser tellement dans son imitation  
que, toujours en prière et réduisant leur  
corps en servitude, ils méritent de parvenir  
à la gloire du ciel. Par...

## LECTURE *du livre de la Sagesse 4, 7-14*

Iustus, si morte præoccupátus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annórum número computata : cani autem sunt sensus hóminis, et ætas senectútis vita immaculata. Placens Deo iactus est dilectus, et vivens inter peccatóres translátus est. Raptus est, ne malitia mutáret intelléctum eius, aut ne fictio deciperet ánimam illius. Fascinatio enim nugacitátis obscurat bona, et inconstántia concupiscéntia ? transvértit sensum sine malitia. Consummátus in brevi explévit témpora multa, plácita enim erat Deo ánima illius : propter hoc properávit educere illum de médio iniquitátum.

Le juste, même s'il meurt avant l'âge, trouvera le repos. Une vieillesse honorable n'est pas celle que donne une longue vie, elle ne se mesure pas au nombre des années, mais la sagesse tient lieu à l'homme de cheveux blancs et la vie sans tache lui tient lieu de vieillesse. Devenu agréable à Dieu, il est aimé de lui, et vivant encore parmi les pécheurs, il a été transféré. Il a été emporté, de peur que la malice n'altérât son intelligence ou que la séduction ne pervertît son âme. Car la fascination du vice obscurcit le bien, et l'inconstance de la passion pervertit un esprit sans malice. Quoiqu'il ait peu vécu, il a fourni une grande carrière ; car son âme était agréable à Dieu. C'est pourquoi le Seigneur s'est hâté de le retirer du milieu de l'iniquité.

### ALLÉLUIA *Psaume 64, 5 / Psaume 111, 9*

Alléluia, alléluia. *Ps.* Beátus, quem elegísti et assumpsísti : inhabitábit in átriis tuis. Alléluia. *Ps.* Dispérsit, dedit paupéribus : iustítia eius manet in sáeculum sáeculi. Alléluia.

Alléluia, alléluia. *Ps.* Heureux celui que vous avez choisi et pris avec vous : il habitera dans vos parvis. Alléluia. *Ps.* Il a fait des largesses et donné aux pauvres ; sa justice demeure dans tous les siècles. Alléluia.

### + ÉVANGILE *selon saint Luc 12, 35-40*

**I**n illo tēpore : Dixit Iesus discipulis suis : Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in mânibus vestris, et vos símiles homínibus expectántibus dómimum suum, quando revertátur a nuptiis : ut, cum vénerit et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dómimus, invénerit vigilántes : amen, dico vobis, quod præcínget se, et fáciat illos discumbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte, quóniam, si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti, quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniet.

### OFFERTOIRE *Psaume 91, 13*

**I**ustus ut palma florébit : sicut cedrus, quæ in Líbano est multiplicábitur. Allelúia.

### SECRÈTE

**D**a nobis, clementíssime Iesu : ut præclára beáti Francísci mérita recoléntes, eódem nos, ac ille, caritátis igne succénsi, digne in circúitu sacræ huius mensæ tuæ esse valeámus : Qui vivis.

### COMMUNION *Psaume 30, 20*

**Q**uam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, quam abscondisti tíméntibus te. Allelúia.

### POSTCOMMUNION

**E**n ce temps-là, Jésus dit à ses disciples : « Ayez les reins ceints et des lampes allumées en vos mains. Soyez semblables à des hommes qui attendent que leur maître revienne des noces, afin de lui ouvrir dès qu'il arrivera et frappera. Heureux ces serviteurs que le maître, à son retour, trouvera veillant ! En vérité, je vous le dis, il se ceindra, les fera mettre à table et, passant de l'un et l'autre, il les servira. Et s'il arrive à la deuxième ou à la troisième veille, et les trouve ainsi veillant, heureux sont ces serviteurs ! Sachez-le bien, si le père de famille savait à quelle heure le voleur doit venir, il veillerait certainement et ne laisserait pas percer sa maison. Vous aussi, tenez-vous prêts, car à l'heure où vous n'y pensez pas, le Fils de l'homme viendra. »

**L**e juste fleurira comme le palmier et il s'élèvera comme le cèdre du Liban. Alléluia.

**A**ccordez-nous, très clément Jésus, qu'honorant les glorieux mérites du bienheureux François, et enflammés comme lui du feu de la charité, nous puissions nous asseoir dignement à votre table sacrée. Vous qui...

**C**ombien grande, Seigneur, est l'abondance de votre douceur, que vous réservez à ceux qui vous craignent ! Alléluia.

**S** acrosáncta sacrificii, quæsumus,  
Dómine, quod hódie in sollemnitate  
beáti Francísci tuæ obtúlimus maiestáti,  
grata semper in méntibus nostris memória  
persevéret et fructus. Per Dóminum.

**N**ous vous en prions, Seigneur : que  
toujours persistent en nos âmes le  
souvenir reconnaissant et les fruits du très  
saint sacrifice que nous avons offert  
aujourd'hui à votre majesté en la fête du  
bienheureux François. Par...